

# NOVUS JOSUE

Subinde errantem per Solitudinem scælerum ad  
terram promissionis reducens

## Hiberniæ Populum,

Sive

Speciali Divinæ Providentiæ Consilio deviant  
per infidelitatis cimerias Hiberniæ electus

D U X

## DIVUS PATRITIUS

ORATORIE propositus ,

Sub


Annis Solennijs in Basilica B. V. MARIAE  
finè Labe conceptæ, R.R. P. P. Minorum S. Francisci  
Strictioris Observantiaæ Hibernorum,  
Neo - Pragæ.


Per

Joannem Nepo: Wenceslaum Sigismundum Fridericum  
Steidl de Greiffenvehr , Patritium Pragensem, AA. LL. & Philosophiæ  
Magistrum, SS. Theologiæ Baccal: Formatum , nec non ejusdem Sa-  
cro- Sanctæ Theologiæ Supremæ Doctoratus Laureæ & J. U. Candi-  
datum , p. t. Curatum Auneticensem.

Anno Æræ Sacræ. clc lcccxx.

Vetero - Prague, imbrexit Joannes Wenceslaus Helm-





# ORATIO.



Pstupeat exilium ceteroquin suum;

Berilli Tyrannide immaniùs autumans  
in Solitudine spectri terrore exanimis  
Hippolitus; attonitò miretur supercilios  
periculosos Labyrinthe Meandros asse  
rens, Theseus; Joppeo accatenata falso  
se ultrà in Exilio Marinæ Belluæ exposi  
tam non reputet Andromeda; cohibeat  
ruptis oculorum Catarrhactis lachrymas

per genas profluas, ac amaros super desolatam Solymam recedere  
jubeat singultus, gemens Propheta; quia saltè dum consurrexe  
runt inimici, & non esset quis consolaretur, misertæ *Lammie nu  
da* verunt *mamas suas* ut famelici, lactarentur parvuli Jerusalem;  
desistant scrutantes orbis abdita disvadere Cosmographi, in hospi  
talem Caucasum, vastam Solitudinem Scythiae impervia deserta  
Arabiæ, ubi arenosis submersæ fluctibus pestilentem mephytum  
spirant mummiæ, ubi longè latèque inexorabilis haustus frigidæ  
siti cruciatos extingvit viatores. Cesset jaçtere barbaram Ame  
ricæ Solitudinem Bisselius: ubi devia sylvarum, & opaca saltuum  
vix unquam Tytan Radio penetrat, ubi deviantes nunc vallum  
profunda detrahunt, nunc montium petratumque ardua suspen  
dunt,

dunt, passimque dora, ac vertices sylvestres, se se progradientibus interponunt, ubi etenim, nemine duce, nec viarum aditus explicante, non callis, non trames, ac nec anfractus quidem, aut partim nec ungulæ ferinæ vestigium patet errantibus, partim ubi in forveis & præruptis Saxorum antris jubis minax irrugit leo, hiant spumat rictu, & collisa dentium acie frendet Tygris, viatori interritum allatura; vigili oculo in arborum specula excubat Linx, ut præcipiti mortu funesto præludat occasui, ubi terrifico mugitu per spelæa Draconens horrido sibilô serpentum, viperarumque agmina, funebria præcinunt devianti; dum immanior his omnibus Hibernæ gentis deviæ se se spectandam exhibit funesta solitudo. Declinaverat olim florentissima hæc septentrionalis Insula, à recto Veritatis tramite, & Generis humani yafferrimi hostis dolô seducta: in vastissimam aberravit Solitudinem, postquam inter Cimerias scælerum, jam ad scyllam superstitionis necromonteæ, Zoroastreum Carmen amplectens, lapsa, jam ad vortices & scopulos Idaeolatriæ allisa, jam à Charybdi sacrilegæ infidelitatis in gyrum agitata Ceraunia perpetuo furoris Divini, infestata fulmine perambulabat, infallibilis irratii Numinis scopus futura, ut præceps Orcinæ Tyrannidi cederet in spolium. Mancipatis ità Hibernæ incolis Tenebrarum Rector, omnes libertatis aditus imposterum cautissimè præcludit, portas salutis Tartareæ cohortis obserat excubijs, néve tanto stigiæ servitutis jugo oppressos se se conspiciant, aciem oculorum fumo, fuccatæ Carnis illecebæ, Vitæ laxitate Mundi vana volupta excecat ac perstringit.

Aëtum ergò est de te florentissima Aquilonis Natio, quæ per devios inextricabilis Labyrinthi Meandros, deerrans ab infernalis Minotauri rictu infallibiliter es dehiscenda aëtum, aëtum est perijsti, & eheu æternum infelix Hibernia! perijsti! stant summo decreta Cœlo adamante firmata, perijsti supremo statutum manet Numini æternis te arsuram rogis parare viëtimam, perijsti! frustra fortunatae supernæ Hierusalem sperantur Insulæ, quando Promontorium bonæ præckisum est spei.

Sed maestè animo Errans Hibernæ, nondum completa est Malitia tua, nondum ex asse à Conspectu suo rejectit te misericors

Numen, audio hodie arcana verba, dum ex speciali Divinæ Pro-  
videntia Consilio Dux, qui te è tenebris & umbra mortis in ter-  
ram lacte & melle manantem reducat, destinatus mittitur PATRI-  
TIUS, non duntaxat Virgā ducali verū & baculo *Pastorali*, qui  
bonus Pastor sit, & Dux insignitus. Tuos proinde rideo cona-  
tus deluse Orci Tenebrio tuos explodo triumphos & jubila, post-  
quam jam jam adest *Vir* prædam tibi sinè lytro erexiturus, reduc-  
turus populum istum in terram promissionis. Cede itaque lo-  
cūm tartaree *Gethee*, *Jebusée*, & *Amorhee*, novo *Josue* ab eodem in  
orcī barrathrum præcipitandus in *Victoria*. Vos verò A.A.  
Ornatissimi antequam fortē Hiberniæ errantis Ducem novum  
*Josue*, conspexeritis novissimo Oratorum moram favete cum pa-  
tientia.

**N**olim ego hodie pennam cunarum fascijs involvi PATRITIJS,  
neque laudis ejus encomia à generosa propagine, Stemmate  
Nobili; majorum Illustri Sangvine quærere, assurge calame  
à teneris fascijs, à juvenilibus Crepundijs ad rigida vincula in car-  
cerem festinabis, sed nonnè eundem, quem ante binas segetes, ex  
carceris squallore ad illustrissimum Gloriæ apicem, eluctavit Ora-  
tor iteratō in carcere quæres? Eundemné denuò servitutis strin-  
ges vinculis? & ferreis Hiberniæ captivabis compedibus? Sic est:  
*Perge modo, & qua te dicit via dirige gressum.* (a) Solum cave,  
nè annalium prolixitatē induat mendica dictio periocham strin-  
ge: Praesciverat forte stigius Orci tenebrio, quibus magno conatu  
& labore, Hiberniam in prædam actam cinxit Muros Jerichun-  
nos, clangente tuba vocis PATRITIJ illicò diruendos ac Regiam  
suam devastandam, cui malo ut in tempore medeatur, tenellum,  
adhuc calamitatum exercitu circumvallat, miseriarum obsidione  
cingit, postquam barbaricæ servituti facit vectigalem. Verùm  
vigilate ad spectaculum A.A., Divina Providentia, quæ novit Pro-  
to-Ducem Israëli educare in fiscella stirpea (b) enutrire decrevit Da-  
cēm Hiberniæ in servitute PATRITIUS in ergastulo, Moyses  
in fiscella aquis mergitur, & non submergitur, iste Lux inter infi-  
delitatis tenebras tenebris valatus, non elanquescit, sed augetur,

(a) Virgilius?

(b) Fodì?

proficit, non deficit, arcet astines terrenæ contagioni tenebras squallor servitutis, & non modò illibatum animum nulla decolorat nubecula, sed illustrat; Cessa proinde Virorum sapientissime tibi captu difficultem mirari viam viri in adolescentia, (c) dum in tennello P A T R I T I O Virum, in acerbitate annorum maturum in ætate viridi virile robur experitur Orbis.

Eja proin illustris Captive Lux, viætrix tenebrarum, audi vaticinium: orietur in tenebris lux tua & tenebrae tuæ erunt sicut meridies, (e) emergunt ex noctis gremio soles matutini, ex eluvione tenebrarum tersissimæ dies enatant, astra nocte indigent ad fulgorem, & verò si nox magistra lucis est, tenebrosa Captivitas Magistra lucis est P A T R I T I O, quam terrenus non capit oculus, hanc ille commutavit in pallæstram sibi Magister & Discipulus, ibi animum erudit ad virtutem, polivit ad nitorem, duravit ad constantiam, ad imminente cum Tartareo Chananeo pugnam. Hactenus P A T R I T I U S in Ergastulo, Lux inter tenebras, jam Servorum peccati, Dux electus Josue venit spectandus. Et factum est post mortem Falladij nocturnis erraticæ Idolatriæ tenebris gravatae Hiberniæ Proto-Ducis, cui velut alter Moysi populum ducenti & non introducenti, ijs adhuc per deserta criminum deviantibus debitum naturæ necessie solvere fuit: (e) ut descendens è splendoribus Sanctorum humana velatus Carne Cœli terræque Arbiter P A T R I T I U M montem Hermon peragratem forte affaretur: *Confortare & esto vir robustus valde noli metuere, quoniam tecum est Dominus DEUS tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris, neque ullus poterit resistere cunctis diebus vite tua, tu enim diuides populo huic terram.* (f) Eleam terram promissionis locum æternæ libertatis reduces eos in manu forti, quoniam: *cadent à Latere tuo mille & decem millia à dextris tuis,* (g) nè formides à facie eorum, nec enim timere te faciam ruitum eorum ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, Regibus, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & omni populo terræ, & bellabunt ad versum te, & non prævalebunt; quia ego tecum sum. (h)

Age

(c)

(d) Isaïæ 58.

(e) in Vita S. Patrit;

(f) Josue 1.

(g) Psal: 50, (h) Jeremias 1.

Age ergo Duxum strenuissime, & sedentibus in tenebris, &  
in umbra mortis lucidas illicè pande sedes invadet viam vaginque  
erripe ferrum. (i) Hostium arcum contere confringe Arma, &  
Scuta combure igni. (k) Surge propera, certaminis campus evo-  
cat, trementia hostium castra in prædam ruunt; Et jam velut in-  
sonante classico Dux meus acies dirigit in aretam descendit, in  
hostes spirat, odia in campum progreditur: Extollat nunc per me  
licet fastuosus Orbis magnanimos Heroës suos ac vinci nescios  
Duces, ad astra usque evehat immortalis gloriæ Macedonis ani-  
mum, qui mare, qui terras, qui totum possidet orbem: adoret Tro-  
ja Hectorem; veneretur Roma Julium: incurvet poplitem Pom-  
pejo Africa: deprædicet Cyrum, ostentet Xerxem Persia cum Epam-  
inonda Thæbæ glorientur, immortalibus tamen Cedri tabulis  
adamantinis exarandi literis manent Triumphi & Victoriae PATRI-  
TIJ. Imperet omnino Universo, invictus Orbis Monarcha Mace-  
do eum tamen temulentia vincere, Hectora vinci nescium hastam  
Achillis enervare, Julium felicitas prodere, Pompejum ambitio  
perdere, Cyrum & Epaminondam extingvere dolus potuit; PA-  
TRIUM: non captivitas, non Barbara Tyrannis; non deliciae;  
non dolus, non ambitio, non felicitas, potuit enervare. Vos  
ego vos testor Theatra certaminum Patritianorum Aquilonij Cam-  
pi Martiales edicite; quām imperterritum in Duce meo spectatis  
animum, num non Quodanimo metum incutere, quod menti illu-  
dere, quod à ceptis retrahere, quod victoriae potuit obesse, animi  
conatu vicit? mentis obtutu superavit? ingenij acie triumphavit?  
quoad usque debellata hostium phalange cum turma sua in lædi ne-  
scios introjisset Elisos. Liceat itaque numine tuo Dux magna-  
nime, jam tuos spectare triumphos lustrare certamina, legere vi-  
ctorias; Eja ergo Heros invictissime, fruere delicijs, delectare il-  
licijs, & ad infesta hostium roboreris prælia, nihil jam de trium-  
phibus adoreis ambigendum, quando Dominus exercitum trium-  
phos apparat, quando in Lauros & palmas tota quanta laurescit  
Hibernia Duxem suum coronatura laureis; Et verò neccum fir-  
mum figit castris pedem PATRITIUS jam conticescunt timore  
pallida agentiaque hostium castra, quæ mendax perfidia est meta-  
ta; suprema exhalant thuris analecta desecratæ Plutonis Araæ, dea-  
stro-

strorum obmitescunt mendacia delubra ; responsaque dare re-  
nuunt busta sacrilega, extremum jam jam trahit spiritum terrore  
exanimis humi prostrata ficta Religio, imò Victori Trophæum er-  
rigit ipsa supersticio, dum cadit, postquam gigantea manu sternun-  
tur Pythones & Arioli, zoroastris profligantur Carmina, magicæ  
eludiuntur fraudes, panduntur technæ , exploduntur conatus , ut  
minor æmulo gaudeat Hercules, quod in uno Luchato & Luchra (l)  
contrito pestilenti capite superstitionis hydra discat mori. Et  
mea hic staret oratio , dum jam ipse sibi in arcum triumphalem af-  
surgit gloriosus hostium Victor, nisi ampliorem adhuc elogiorum  
campum pro Domo sua aperiret in arena dimicans magnanimus  
heros. Unde tuam truculentissimum averni Monstrum fumofanæ  
appello regiam furiarum princeps, age jam quod svadet furor, exe-  
re quos cudit brontes, quos steropes furores, stipatis furiarum  
agmine in Arènam progredere, orbi novum daturus spectaculum ;  
obstent lemurum catervæ , ipsa ex antro Ditis prorepat Mœgera  
rumpe moras, insona classicum acue hastas, dirige acies, apta sar-  
tagines, accende rogos, strue catastas, vibra spicula, vome infer-  
nale toxicum virulente stigis incola invade Ducem tecum præliari  
paratum, fulgura tona fulmina.

Vicistiné ? triumphasti ? ubi  
Victoria tua ? ubi Triumphi ? *Fugâ - dant terga per agros.* (m)  
Vach deluse, Victor præmature, vinci disce illudi asvesce, satis ad  
Triumphum PATRITIO , clangente tubâ prædicationum ejus  
acies tartareas illicò terga vertisse conatus tuos elusisse hostes gladio  
lingvæ profigâsse.

Verum , qui confusione pro lauro cingit  
tempora, devictus tenebrarum Princeps, nova imposterum medi-  
tatur stratagemata , nevè PATRITIUS cepta continuet contra  
eundem Aquilonis Reges : Leogarium, Conallum, Fleteminum,  
Forchternum Oengum , Alphinum , Regem Echu septem filios  
Amalgali Regis Connaciæ , & duodecim alios Subreges concitat,  
& sufflammat , ut Doctrinis Patritianis sese opposentes potestate  
regia sub poena capitis munus prædicationis inhibeant. Ast vana  
sunt consilia tua confusè coluber, num ignoras PATRITIUM spi-  
ritum Josue induisse, cui Altissimus contradicentes Reges fecit sub-  
jugales, dum Adjutorio Cinthij occasum nescientis, non solùm in  
 speluncas profligati verùm protracti suspendio jugulantur (n). &  
 idem

idem pugnante noto, jojue uiuicas Regibus illis iacturum? errasti stat pro PATRITIO Sol Justitiae lucidissimis radijs hostes debellaturus, confundere proin Erebi propago & Reges Aquilonis ultrà dicere cessa tuos postquam omnes e speluncis infidelitatis protracti voce PATRITIJ, appensi corde adhærent ligno Crucis. (o) Ve. rùm enim verò non dum satis est PATRITIO de Regibus triumphasse, sed & illa, quæ imperat Regibus Universi Generis humani Dominatrix & Regina, Libitina confusionem induat neceesse est; Té ego te provoco coronatum majestatis monstrum, *cui data est Corona*, (p) Larva mortualis fare, quid sibi vult tua insolita quies, quod alligato cellerrimo cæteroquin sonipede, orbata falce, exuta, extorto adamitarum sangvine, rubescente purpura. Tristis languescas? tuásne venas Mesaraicas affligit obstructio hypocondriaca, vel debitam circulationem impedit Melancholia, *effare aperte quis gravet mentem dolor?* (q) ast silente præ confusione in rabiem acta lybitina causam mœroris vocalissime loqvuntur avulsa violenter spolia, quæ jubente PATRITIO, ut errantibus lucidior pateat viæ claritudo restituere vitæ est coacta. (r)

Appage igitur enervata universa hostium Phalanx corruuit Imperium Principis tui; facesse hesperugo tristitiaæ Orcinianæ contubernalis, umbra es æternis digna tenebris profiscere ad stigis colubrum infelicis militiæ Ducem, nullum deinceps tenebris jus manet in Hiberniam, quām cum PATRITIO militans Sol Justitiæ lumine illustravit. Eja tandem faustissimi Hiberniæ incolæ solventes vincula colli vestri festiva canite Epinicia: Carpite lauros ferta nocte colligite palmas, ac Ducem sequentes vestrum expugnatam terram lacte & melle manantem securi possidete.

Ego verò, dum tibi fertis & laureis coronato Ducum strenuissime Dive PATRITI læta pœana, accino Victori applaudo, quia verò te in cœlesti Jerusalem Synedrio Arcani VERBI, de quo non licet homini loqui, locatum conspicio, obmutesco: plus imposturum dicere non valens præter ea, quæ

## D I X I.

(o) omnes nominati Reges per S. Patritium converſi      (p) Apoc: 6,      (q) Se-  
neca:      (r) multos revocavit ad Vitam,

